



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 22. Richemundius in reditu tempestate Dieppam ejectus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sæcul. XV.** pertas haberet, quin imo Richemundii  
A.C. 1485. Comitem libertati assertum, ac cum co-  
 ptis suis proxime ad Angliæ litora ap-  
 pulsurum optime noverat. Equidem il-  
 los, quos Richardus miserat, Richemundii  
 exercitum numero longe potentio-  
 rem, quam reapse erat, narrabant; nihilo-  
 minus Angliæ Rex exploratorum rela-  
 tione tempestive utendum ratus, provi-  
 do consilio, atque opportuna celeritate  
 conjuratos prævenit, eorumque consiliis  
 feliciter dissipatis, illos a proposito desi-  
 stere, totaque Anglia excedere compu-  
 lit, moxque Buchingamiæ Ducem ca-  
 ptum, quamvis prodicionis arcana ma-  
 nifestare constanter recusasset, capite  
 truncari præcepit, pluresque alios eo-  
 dem supplicio variis in locis e medio su-  
 stulit: Joannes tamen Mortonus Heli-  
 ensis Episcopus cum nonnullis Lancastr-  
 ensium fautoribus in Flandriam affu-  
 giens, vitæ suæ consuluit, ceteris magno  
 numero Franciam petentibus.

## §. XXII.

*Richemundius in reditu tempestate  
 Dieppam eiectus.*

**I**pse etiam Richemundii Comes, cum  
 infausta exscensione facta sibi liberta-  
 tis, vitæque periculum ex diuturniori mo-  
 ra impendere cerneret, prætoriam ite-  
 rum



rum conscendit, in Britanniam reversurus; <sup>Sæcul. XV.</sup>  
 ast immutata repente maris fide, ac <sup>A. C. 1485.</sup>  
 abortæ tempestatis vi in Dieppæ portum  
 depulsus hæiit. Inde nulla mora ad Gal- <sup>Harpsfeld.</sup>  
 liarum Regem, & Bellojoviensem Co- <sup>hi st. Eccles.</sup>  
 mitissam præcipuam ex suis Ministrum <sup>Angl. sect. 15.</sup>  
 ablegat, qui supplicaret, ut Comes per <sup>cap. 7.</sup>  
 Franciam in Britanniam redeundi co-  
 piam haberet. Legatus perhonorifice  
 exceptus haud ægre, quæ petiit, impe-  
 trabat, eique insinuatam, quod Comes,  
 si ad ipsum Regem confugisset, haud du-  
 bie ab eo potentiores suppetias, quam a  
 Britannæ Duce obtinuisset.

§. XXIII.

*Comes Britannia in Franciam  
 profugus.*

Ergo Richemundius in Britanniam re-  
 vertitur, Ducique adversa itineris sui  
 fata enarrat, quem Britannus non solum  
 potenti eloquentia, sed etiam recentis  
 auxilii spe erexit; attamen Landasius  
 consilia fovebat, a pia Ducis voluntate  
 plurimum aliena; quippe Comitis factio-  
 nem penitus deletam esse ratus, animo  
 constituit, Richemundium omni ope de-  
 stituere, eumque in Angliam ad Richar-  
 dum deducere, inscio tamen Britannæ  
 Duce, utpote quem tam iniquæ violen-  
 tiæ nullo unquam tempore assensurum,  
 per-